




ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ ΤΗΡΑΡΙΑΕ

SPECIMEN VI.

Q V O

DIAETAM PROPHYLACTICAM

AD MORBOS VIARVM REMOTIORVM

SISTIT ET

PANEGYRIN MEDICAM

LIPSIAE D. XIII. SEPTEMBRIS MDCCXLVIII.

INDICIT

D. IOHANNES ERNESTVS
HEBENSTREIT

THERAPIAE P. P. ORDINARIVS FACVLTATIS MEDICAE DECANVS
ACADEMIAE DECENVIR COLLEGII MAIORIS PRINCIPVM H. T.
PRAEPOSITVS, APVD LIPSIENSES POLIATER,
CONSTITVTVS AD HVNC ACTVM

PROCANCELLARIVS.

PROCELLARIUS
HERBERTUS
DIOFANUS
PAREGIA
AD MORBO
DICTAM
SPECIMEN
HABITAT



Non tantum primis viis organisque chylopoieticis gratam operam praestat, dum inchoantis morbi scintillas suffocat, cauetque, ne in flammam erumpant, prophylaxis, sed etiam securitati remotiorum viarum, qua voce vasa atque viscera indicimus, prospicit. Ista, quae tubo alimentario dedicata est prouidentia, intra intestinorum limites sese haud continet, sed maximam vtilitatem vasis organisque humores circumducentibus, mutantibus et sequestrantibus, simul affert, dum illud abiicit aut corrigit, quod sanguini datum, morbum facturum est^{a)} veluti ista curam corporis gerendi ratio, superiore specimine a me exposita fuit. Peculiaris ergo prophylaxeos morborum pars illa erit, quae leges circuli humorum turbatas, anteaquam in seditionem et intestinum bellum leues quidam in republica vitali motus efflagrent, restituit atque obfirmat. Sunt enim in partium solidarum corporis humani tam similiarium quam organicarum, inque earum cum fluidis commercio, certi quidam status, nondum

a) Ὅτι συνεχῶς ἐτῶν ἑκὼν ὀλίγων ἐφεξῆς γενόμενοι λιμοὶ ἐναργῶς ἐπεδείξαντο τοῖς γε μὴ παντάπασιν ἀνοήτοις, ἡλικίην ἔχει κακοχυμία δύναμιν ἐς νόσων γένεσιν. GALENVS de Euchymis.

Continenter, annis haud paucis consequentibus orti contagiosi morbi efficaciter declarauerunt, non omnino nihil intelligentibus, qualem habeat cacochymia vim ad morborum genesin.

nondum morbi equidem, sed quos antiquitas conuenienter admodum diatheses aut dispositiones appellat, sub quibus morbi, tanquam genere suo summo, sistuntur, ^{b)} dum aegritudo minima saepe ita adest, ut actionem aliquam licet non frangat, infirmitatem tamen, quo media ^{c)} quaedam saepe sit inter sanitatem morbumque vitae conditio, cui ad exquisitiorem statum reducendae prophylaxis famulabitur. Illud adeoque homini per naturam datum est, quandoquidem nemini illam quae annorum lapsu consequitur virium humorumque ac solidorum mutationem euitare licet, ut certe illos, quos errore vel casu sibi inductos esse intelligit, status ad morbum decliues, mature corrigat. Quod si ergo fluant alicubi humores, quos manere satius foret, opus est ut substituantur deperditis similes, cibo potuque selectiore, quo solido-

b) Γένος ἑδὲν ἐστὶ νοσήματος ἢ τε ἐν τοῖς ἀπλοῖς ἢ τ' ἐν τοῖς συνθέτοις ἴδιον ἑκατέρως τε γνῶσεως, συνήξεως, καὶ ἑμφραξίς, εὐρύτης, ἔντασις, ἑκπτώσις τῶν τοιχείων - ἔστιν ὅτε δὲ ῥήσις ὅτε δὲ ὄγκος, GALEN. de different. morb.

Θερμότερα γίνονται σφῶν αὐτῶν, (τὰ ὁμοιομερῆ) ἢ ἐκ κινήσεως τινός, ἀυξανόμενα τῇ θερμῇ ἢ ἐκ σιπεδόνος, ἢ ἐξ ὁμιλίας ἑτέρων θερμότερον σώματος ἢ ἐκ τε γνῶσεως. GAL. de causis morb.

c) Μέση ἢ κατ' ἑξιν ὑγίεια ταῖς ἐνεργείαις, ἐστὶ δὲ καὶ κατὰ χάσιν ὑγίεια, καὶ τῆς εὐεξίας, ἢ μὲν γὰρ κατὰ χάσιν, ἀρρώστους ἔχει τὰς ἐνεργείας ἢ δὲ εὐεξία, ῥωμαλέα, ἢ δ' αὖ κατ' ἑξιν ἔπω μὲν εὐρώστους, ἀρρώστους δ' ἐκ ἑστὶ χρήσιμος ἢς τὰς πάσας τῇ βίῃ τὰς πράξεις ἐστὶν ἢ κατ' ἑξιν, ἢ μὲν ἡδὴ τὸ κατ' ἀρετὴν ἔχουσα, μόνη γὰρ ταῦτ' ὑπάρχει τῇ εὐεξίᾳ. GALENVS ibid.

Nullum genus est morbi nec in simplicibus nec in compositis proprium aliud, quam angustiae vasorum, concretionis et infarctus, amplitudinis vasorum, congestionis humorum, delapsus elementorum, aliquando et fluxio, est et tumor.

Calidiora se ipsis fiunt similia vel ex motu quodam, calore aucto, seu ex putredine ob commercium cum calidior corpore, siue ob angustiam vasorum.

Media, quae κατ' ἑξιν seu ad sufficientiam dicitur, sanitas quaedam est, est autem et alia ad χάσιν seu ad mediocritatem sanitas, et quaedam ad εὐεξίαν seu ad complementum boni status, si ad schesin et *mediocritatem*, infirmas habet actiones, si autem euexia, fortes, si ad *sufficientiam*, actiones habet non firmas, nec tamen et debiles. Non omnino utilis ad omnis vitae functiones ea est quae κατ' ἑξιν dicitur, nondum illud quod ad robur requiritur habens, quod soli evexiae inest.

solidorum fluidorumque aequilibrium seruetur. Opus etiam, ut igneae illi, qua viuimus, parti, subinde aliquid accedat vnde illud augmentum capere possit. Enimuero cum ex altera parte, sinceritas similiarium corporis nostri partium in conformi legibus naturae turpium abundantiumque succorum expulsionem consistat, et maximorum morborum primordia ab organorum excernentium infarctu dependeant, hac etiam ratione labanti sanitati succurrimus, si viarum istarum depellendis noxiis humoribus destinatarum libertatem conseruare quouis modo studeamus, veluti haec prophylaxeos consilia sapienter omnino GALENVS nobis suggerit.^{d)} Praeterea sunt dispositiones ad morbos,

d) Γῆρας, σύμψυτος ἀνάγκη φθορὰ ἅπαν-
τι τῷ γεννητῷ σώματι. ταύτας τὰς βλά-
βας ἔδενι γεννητῷ σώματι φυγεῖν ἐνχωρῇ.
τὰς δ' ἄλλας βλάβας ὅσαι ταύταις ἔποντο
δυνατὸν φυλάττειν προμυθόμενον, ρέσης
γὰρ τῆς συστάσεως, ἢ μή τις ἑτέρας ὁμοίας
ἀντιστάτη τῷ ἀπορρέοντι, διαφθορήσεται καὶ
σκεδαθήσεται σύμπαν ὅπως τὸ σῶμα. Διὰ
μὲν ἔν τῆς ἐδωδῆς ἀναπληρῶμεν ὅσον ἀπο-
ρρῇ τῆς ξηροτέρας ὑσίας, διὰ δὲ τῆς πόμα-
τος τὰς ὑγροτέρας ἀντιστάγομεν, ἕως τὴν
ἀρχαίαν ἐπανάγοντες ἄμφω συμμετρίαν. ὅπως
δὲ καὶ τῆς ἀερώδους καὶ πυρώδους ὑσίας τὴν
συμετρίαν ἀναπνοῆς καὶ σφυγμοῖς διασώ-
ζομεν. Ἐπειδὴ μὲν ἔν τὸ πίνειν καὶ τὸ
ἐσθίειν ἀναγκάζει τοῖς ζώοις ὑπάρχει ἀκο-
λύθη δὲ τούτοις ἢ τῶν περιττωμάτων γένεσις
ὄργανά τε πρὸς τὴν ἀπόκρισιν αὐτῶν ἢ φύ-
σις παρεσκεύασεν, καὶ χρὴ δῆπερ καὶ ταῦτα
μήτ' ἐμφράττειν κατὰ τι, μήτε ἀρρώστῶν
κατὰ τὰς ἐνεργείας, ὑπὲρ τῆς καθαρῶν αἰ-
καὶ ἀπερίττον φυλάττειν τὸ σῶμα: Καὶ
σοι δύο μὲν ἤδη σκοπὸς τῆς κατὰ δίαιταν
ὑγιανῆς, ὃ λόγος ὑφηγήσατο, τὸν μὲν ἑτε-
ρον ἀναπλήρωσιν τῶν κενυμένων τὸν δ' ἕτερον

Seneſtus connaſcens neceſſitate corruptio omni nato corpori; Haſ corruptelas nulli nato corpori effuge-
re licet: alias autem noxas, quae ex ſe inicem ſequuntur, poſſibile praeca-
uere, mature cogitando. Fluente adeo-
que ſubſtantia, niſi quis alias ſimiles
res introducat iterum, corrumpetur
et diſſiparetur totum corpus. Cibis
adeoque quidem replemus, quidquid
abſceſſerit de ſolidiore ſubſtantia, po-
tu autem fluidiora iterum inducimus,
vtrumque in priſtinam reſtituentes ae-
qualem menſuram. Sic etiam aethe-
rei et ignei entis aequilibrium, reſpi-
ratione pulſuque integrum ſeruamus.
Quoniam autem et vt bibant et vt
edant neceſſarium eſt animalibus, con-
ſequitur autem ex his abundantium
rerum geneſis, organa etiam, excre-
tioni eorum, natura praeparauit, et
oportet omnino iſta hand obſtrui et-
iam in minimo, nec laborare ſecun-
dum actiones, quo purum ſemper et
abundantibus rebus liberum conſer-
uetur corpus. Et tibi duo quidem ſco-
pos diaetae ad ſanitatē, ratio propo-
ſuit,

bos, quae in virium corporis tenuitate consistunt, ^{e)} licet earum vix vlla sit quae spirituum defectui sola tribui possit, quin alia in solidis fluidisque vitia simul supponat: ^{f)} Haec est illa corporum atonia, nondum equidem morbus, sed quae subinde augeri et lentam corporis tabem et praecox senium inferre possit. ^{g)} In debili eiusmodi statu versantibus, vt parua negotia vix sustineant, cibis offendantur non admodum facilibus, leuissimas aeris mutationes grauitur ferant, quibus sanitatis definitio, ob constantiae in laboribus ferendis defectum haud omnino competit, opus est auxiliis quae vitale robur augeant. Euchyma illis ciborum genera conueniunt, ^{h)} potusque meracior; dummodo absit luxuries. Tantum, enim abest vt robur addat vini generosioris potus, vt debilitet potius ⁱ⁾ et phar-

ἀπόκρισιν τῶν περιττωμάτων, ὁ γὰρ δὴ τρι-
τος ὁ περὶ τοῦ μὴ ταχύγηρον γίνεσθαι, ἐξ
ἀνάγκης ἐπεταὶ ταῖς ἡρημένοις. GALENVS
de marasmo.

e) τὸ γὰρ ἄλλο τὴν ἀτονίαν λέγουσιν ὑπο-
λαμβάνουσι, πλὴν τῆς ἐνεργείας ἀρρώστιαν. GAL.
de morb. diff. Libr. I.

f) Πᾶσα δυσκρασία λαμβάνουσα ἀτονίαν
ὀνομάζεται, ἡ δὲ μία τῶν μὴ πέπτων ζητῶσα
οἰτίαν. ibid.

g) Γαστὴρ ἀτονία καὶ φλεβὸς καὶ ἀρτη-
ρίας καὶ μύες καὶ πάντες ἀπλῶς ὀργάνως ζω-
τικῶς τε καὶ ψυχικῶς. GALEN. ibid.

h) Ἐυχύμα ἐδέσματα ἄρτοι κατηργασμέ-
νοι ζύμη συμμέτρως καὶ ἁλῶν μίξιν. GAL.
ὑγιαν. λόγ. δ.

Χυλὸς πτισσάνης: Χόνδρον ἡρημένον τῇ πτι-
σάνῃ. ibid.

Ἄι σάρκες ἦσαν καλῶς πεπεφθῶσιν, οἷματος
ἔστιν γεννητικὴ καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν εὐχύμων
ζώων. GAL. περὶ τροφ. δυνάμεως.

i) Ὅπως ἄκρητος πολὺς ποθὴς διατίθῃσι
τὸν ἄνθρωπον ἀδυνέα. HIPPOCR. περὶ παλ. ἰητρ.

fuit, alterum repletionem euacuato-
rum alterum excretionem abundan-
tium rerum, tertius enim, qui illud
attinet ne subito consenescas, per ne-
cessitatem ex dictis consequitur.

Quid enim aliud atoniam dicere
conueniat, quam actionis debilita-
tem.

Omnis mala miscela latens atonia
appellatur, non aliam, quam quae ex
coctione laesa est quaerens causam.

Ventriculi atoniae et venarum et
arteriarum et musculorum et omnis
simpliciter organi vitalis ac animalis.

Digestu faciles cibi, panes fer-
mento pauco et salis mixtura facti.

Ptisanae mucilago; alica ptisanae ac-
commodata.

Carnes bene coctae sanguinem ge-
nerant maxime animalium boni
succi.

Vinum meracius multum epotum
efficit hominem debilem.

pharmacorum ardentium ritu, motus febriles succendat. ^{k)} Moderata fruitio vini securam eius voluptatem reddit, veluti PLUTARCHVS vini commoda noxasque sapienter descripsit. ^{l)} Nam ne vegetis quidem intemperantius vina bibere et impune licet. ^{m)} Quodsi ergo modice bibas, caloris augmentum ⁿ⁾ et humorum nocentium expulsiuum pharmacum, vino habiturus es. ^{o)} Parum a debilibus atque infirmis absunt illi qui mollem placidamque inter literas et philosophiae studium domi vitam degunt, dum subtili meditatione abrepti corporis curam negligunt. ^{p)} Maximam fane illi ad roboris vitalis consecutionem impedimentum habent in quiete et laxitate corporis positum, cum labor vim organis ingeneret ^{q)} debilitatis causa fit quies

k) Οἶνος παλαιὸς καὶ δριμέως προσενηχθέν-
τος πλέονος ἀδενῆ σώματι, καὶ Φαρμάκων δρι-
μέων ἀλεξήτηρίων τε καὶ δηλητηρίων, ἐπύρε-
ξαν ἄνθρωποι. GAL. de caus. morb.

l) Πρὸς τὸν οἶνον ἅπερ Εὐριπίδης πρὸς
τὴν ἀφροδίτην, διαλεκτέον: ἥ τις μοι, μέτριον
θέπως ἥ τις, μὴδ' ἀπολύποις: Καὶ γὰρ ποτῶν
ὠφελιμώτατον ἐστὶ, καὶ φαρμάκων ἥδιον.
Τὸν οἶνον ἢ παντελῶς ἀφαιρετέον ἢ προσοιστέον
πολλῇ κατακεραυνύμενον διὰ μέσων, καὶ κα-
τακλυζόμενον ὑδροποσίᾳ. PLUTARCH.
ὑγιαν. παραγγ.

m) Ἐδὲ τοῖς τελείοις ἄνευ τῆ προσήκον-
τος μέτρως πινόμενος οἶνος ἀγαθός. GALEN.
ὑγ. λόγ. α.

n) Ἄυξη τὴν ἐμφυτον θερμασίαν ὁ σύμ-
μετρος οἶνος, ὡς ἂν οἰκνοτάτη τροφή. GAL.
de caus. morb.

o) Δι' ὑδρώτων τε καὶ ὕρων ἐκκενῶν οἶνος.

p) Φιλολόγοις καὶ πολιτικοῖς φυλακτέον
ἐστὶ, δριμυτέραν ἐν γράμμασι καὶ μαθήσεσι
μικρολογίαν, ἀφ' ἧς ἀφεῖν καὶ ἀμελεῖν τῆ
σώματος ἀναγκάζονται. PLUTARCHVS
ὑγιαν. παραγγ.

q) Τοῖς γυμνασίοις ῥώμη τοῖς ὀργάνοις ἐγ-
γίνεται. GALEN. ὑγιαν. λόγ. κ.

Vino vetusto et forti plus oblato
vti pharmaco forti alexiterio nunc no-
cuius februnt homines.

De vino, quae Euripides de vene-
re, pronuntianda: adsis mihi, parcius
tamen adsis, nec deficias. Nam et po-
tuum maxime utilis est et ex medica-
mentis iucundissimum. Aut omnino
carendum est vino aut offerendum est
multa aqua ad mediam partem mixtum
aut aquae potu elotum.

Nec consummatae sanitatis homini-
bus sine conueniente mensura potum
vinum bonum.

Auget insitum calorem modera-
tum vinum veluti familiare alimen-
tum.

Per sudores et vrinas purgans vinum.

Literariis et rempublicam curanti-
tibus cauendum a subtili in studiis et
meditationibus speculatione, qua ne-
gligentius habere et non curare cor-
pus coguntur.

Exercitationibus robur organis in-
ditur:

quies. ¹⁾ Non tantum alimenta ad sanitatem his parum accommodantur ⁵⁾ sed etiam tarditas humorum, infarctus viscerum, et minimorum immeabilitas, quietos homines infectatur. ⁶⁾ Recte adeoque PLATO corporis et animae motus simul esse debere vult. ^{u)} In qua eruditorum prouidentia, morborum qui a vita quieta inseparabiles sunt, prophylaxis ponitur. Immobilem vitam agentibus abstinentia quandoque salubris est. ^{x)} Auocandus saepe est a feriis negotiis animus, ^{y)} quem a pastu omni meditationi vacare decet. ^{z)} Exercendum corpus obambulationibus; a turbidi aeris allapsu cauendum sedulo. ^{a)} Commoda tempestate rusticandum. ^{b)} Prae ceteris iuuat equitatus, ut-

pote

1) Μέγιστον κακὸν εἰς ὑγίαν φυλακὴν ἐστὶν ἡσυχία παντελὴς τῆ σώματος, ὥσπερ καὶ μέγιστον ἀγαθὸν ἡ σύμμετρος κίνησις GAL. de Euchymis.

5) ἔδύναται ἐδίδων ἄνθρωπος ὑγιαίνειν ἢ μὴ πονέει. HIPPOCRAT. διαίτ. ὑγιαν.

6) Σκίρρῳς, ἔμφραξις, θλίψις καὶ μύσις. GAL. ὑγ. λόγ. α.

u) Ορθῶς ἔν ὁ πλάτων παρήνευσεν μηδὲ σῶμα κινεῖν ἄνευ ψυχῆς μηδὲ ψυχὴν ἄνευ σώματος ἀλλ' οἷόν τινὰ συνωρίδος ἰσορροπίαν διαφυλάττειν. PLUTARCHVS ὑγ. παραγγ.

x) Διακενὴ καὶ ἡσυχία. PLUT. ὑγ. παρ.

y) Ἐκάστη κατασκευὴ σώματος μοχθηρὰ βίος ἐλεύθερος μιν γινώσκει. GALENVS ὑγ. λόγ. β.

z) Περιπάτοις τὰς ψυχὰς διαφέρειν μετὰ δᾶπνον, μήτε πράγμασι μήτε φροντίσι μήτε σοφιστικοῖς ἀγῶσι. PLUTARCHVS ὑγ. παραγγ.

a) Πρῶτ' δὲ χρέεσθαι τοῖσι περιπάτοισιν, ἡλίας δὲ φυλάσσειν καὶ τὰ ψύχεα τότε ἐν πρῶτ' καὶ τὰ ἐν τῇ ἑσπέρῃ. HIPPOCRAT. διαίτ. ὑγ.

c) Σκάπτειν, κλαῖν ἀμπέλους, ἀμᾶν, ἱππέων, ὁδοπορεῖν, κυνηγετεῖν, ξύλα χίζειν. GAL. ὑγιαν. λόγ. β.

Maximum malum ad sanitatis custodiam est quies absoluta corporis, uti et maximum bonum moderata commotio.

Non potest edens homo valere nisi laboret.

Scirrhus, infarctus, attritus vasorum, obturatio.

Recte igitur Plato monuit, nec corpus mouendum sine anima, nec animam sine corpore, sed veluti ad normam aliquam aequilibrium seruandum esse.

Abstinentia et quies.

Vnicuique conditioni corporis laboriosae vita liberaliter agenda intermiscenda est.

Obambulationibus animas occupare post pastum oportet, non negotiis nec curis nec philosophicis concertationibus.

Mane fruendum est obambulationibus, solares aestus vitentur uti et refrigeria, quae mane et vespera.

Fodere, vites serere, curru vehi, equitare, iter facere, venari, ligna findere.

pote quo imi ventris viscera, eruditis plerumque infarctui obnoxia succutiuntur quam saluberrime: *) Supplet motus muscularis defectum penes eruditos, qui vitae academicae sese deuouerunt, intensior loquelaе vsus ac declamatio, quam ἀναφωνήσιν antiqui appellant; Non enim tantum, musculis ad loquelam adstrictis, imi ventris viscera salubriter commouentur, d) sed etiam pulmonum frequens modesta tamen actio sanguinem circuli legibus *) accomodat, quapropter, quid metuant haud est,

c) Ἐν ἵππασίαις σάεται τὰ σπλάγχνα.
GALEN. ὕγ. λόγ. α.

In equitatibus commouentur viscera.

d) Συγκινῶσι μὲν πῶς τὰ κατὰ τῶν φρένων σπλάγχνα οἱ μέγιστοι τῶν ἀναπνοῶν καὶ φωνῶν. GAL. ὕγ. λόγος α.

Commouent viscera sub diaphragmate sita inspirationum et vocum maximae.

e) PLVTARCHVS περὶ γυμνασίων φιλολόγοις ἀρμοζόντων de exercitiis, quae philologis conueniunt ita habet:

Ἡ κατ' ἡμέραν τῇ λόγῃ χρεία διὰ φωνῆς παραινόμενη θαυμαστὸν οἶον ἐστὶ γυμνάσιον, ὃ μόνον πρὸς ὑγίαν ἀλλὰ καὶ πρὸς ἰσχύν, ἢ φωνὴν τῆς πνεύματος ἔσα κίνησις, τὸ θέρμον αὐξή καὶ λεπτύνει τὸ σῆμα καὶ πᾶσαν μὲν ἐκκαθαίρει φλέβα πᾶσαν δ' ἀρτηρίαν ἀνοίγει. PLVT. ὕγ. παρ.

Qui quotidie fit sermonis vsus, voce celebratus admirabile quoddam est exercitium, non modo ad sanitatem, sed etiam ad robur. Vox spiritus cum sit commotio, calorem auget, rarefacit sanguinem, omnes venas deplet, arteriam omnem aperit.

Ἐν ταῖς ἀναφωνήσεσιν ἡ μὲν εὐμέλεια χρησιφομένη ἔδεν ἂν συμβάλλοιτο πρὸς ὑγίαν, ὃ δὲ τῶν βαρυτέρων ἢ χῶν φθόγγος χρήσιμος, ὥστε τῷτον ἀσκητέον, ὅτι γὰρ πλεῖστος ἀνὴρ εἰς τὸ σῶμα κατ' ἀναπνοὴν ἐλκόμενος, διατέλλει τόντε θώρακα καὶ τὴν κοιλίαν καὶ τὰς κατ' ὅλον τὸ σῶμα πόρος ἀνευρύνει καὶ διίτησι διόπερ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ἀναγνώσεσι τῶν πλεοναζόντων ὑγρῶν ποιῆται τὰς ἐκκρίσεις: τοῖς μὲν ἔν τινώτερον ἀναγινώσκει μᾶλλον καὶ δι' ἰδρώτων, τοῖς δὲ ἐπικικέτερον ἐντεταμένοις διὰ τῆς ἀδύλης ἀποφορᾶς. Συμβαίνει γὰρ διὰ τὸν λεπτισμόν πολλῶν περιττωμάτων ἀναχρεμτομένων καὶ πτυέλων καὶ μύξης καὶ φλέγματος, ἐκκρίσιν γίνεσθαι καὶ ἀναπάλωσιν. PAVLVVS Lib. I. θ. περὶ ἀναφωνήσεως.

In declamationibus modulata vox et tenera loquela nihil conferre possit ad sanitatem; ast grauium sonorum accensus utilis, quare talis vsu acquirendus est. Hoc enim plurimus aer in corpus inspiratione tractus distendit thoracem et abdomen et omnes corporis poros dilatat et disgregat, quapropter in ipsis praelectionibus abundantium humorum secessus fiunt, illis quidem, qui grauiore tono praelegunt per sudores, illis autem qui magis intendunt vocem per occultam transpirationem: Accidit enim attenuatione, multorum abundantium succorum secreatu reietorum et saliuarum et muci et phlegmatis euacuationem fieri et absorptionem.

B

est illis, qui docendo diem terunt, dummodo, quod in omni labore fieri opus est, interquiescant, ^{f)} et noctes tranquillas nec peruigiles turbidasque, ^{g)} magno sanitatis incommodo lucubrationibus transigant, cum somni vigiliarumque vicissitudines ordinatae sanitatem faciant, interruptae corpus infirment. ^{h)} Habent equidem eruditi, dum, animo sublimibus intento, corpore deficiunt, excusationem, aut deridendi omnino sunt illi, qui ob ignauiam virtute vitali ad sanitatem carent. ⁱ⁾ Illos nunc non attingo, qui ob morum squalorem flaccidi sunt inertesque ac inutilia terrae pondera, sed eos volo, qui a causa corporea torpidi fiunt, sanguinis scilicet copia ^{k)} et spissitudine humorum. Hos extenuari oportet ^{l)} victu macilento

f) Ἐν πάσῃ κινήσει τῆς σώματος, ὅκταν ἀρχῆται πονεῖν, τὸ διαπάνην ἐνθὺς, ἀκοπον. GAL. ὑγ. λόγ. β.

In omni motu corporis, ubi laboriosus ille esse incipit, subito quiescere, lassitudinem leuat.

g) Ὑπνοι φαντασιώδεις καὶ ταραχώδεις νύξ κοπώδης ἀσώδης ἀγρυπνος. GALEN. ὑγιαν. λόγ. δ.

Somni imaginibus pleni et terribiles, nox laboriosa, inquieta, peruigil.

h) Ὑπνος, ἀγρυπνία, ἀμφοτέρω τῇ μετρίᾳ μᾶλλον γενόμενα, κακόν. HIPPOCR. Aph. Sect. II. 3.

Somnus, vigiliae, vtrumque, mensura plus factum, malum.

Περὶ ὕπνον, κατὰ φύσιν σύνηθες ἡμῖν εἶναι τὴν ἡμέραν ἐγρηγορέναι τὴν δὲ νύκτα καθεύδην, ἣν δὲ ἢ τῷτο μεταβεβλημένον κάκιστον. HIPPOCR. Progn. Libr.

Quod somnum attinet, secundum naturam consuetum nobis est diem vigiliis absumi de nocte dormire, si illud fuerit inuersum, pessimum.

i) ῥαθυμία ὑγραίνη καὶ ἀδυνεὲς τὸ σῶμα ποιεῖ. HIPPOCR. Διάτης ὑγιεινῆς L. I.

Ignauia humectat et debile corpus efficit.

Ἀργον βίον βίοντες ὀπποῦνται τοῖς ὑπερπονέσι illis qui laboribus franguntur GAL. ὑγιαν. λόγ. ε.

k) Ἀργότεροι πρὸς τὰς κινήσεις εἰσὶν οἱ πληθωρικῶς διακειμένοι κατὰ περ καὶ οἱ θερμότεροι τὴν κράσιν. GAL. ὑγ. λ. β.

Ignauī magis ad motus sunt plethorice constituti uti et qui calidiores miscela sunt.

l) Ἐἰ δὲ ἐμφραχθῇεν οἱ πόροι διὰ πάχος ἢ πλῆθος ἢ γλιχρότητα περιττωμάτων, ἢ λεπτύνυσσα διαίτα τέτοις ἀρμόσει. GALEN. ὑγιαν. λόγ. α.

Si infarcti fuerint pori ob spissitudinem vel copiam aut lentorem abundantium humorum, extenuans diaeta his conueniet.

cilento et aquae potu, quo tamen vno nec per vinum temperato victitare incongruum. ^{m)} Maxime autem laboribus addendus est animus, quoscunque vitae ratio fert, quo abundantes succi imminuantur ⁿ⁾ solida subigendis humoribus accommodentur, ^{o)} et attritu ad praestantissimum robur sensim inducantur, a qua fluidorum legitima mutatione laudabilis nutritio vnice dependet. ^{p)} Debilibus etiam annumerantur illae hominum conditiones, quae inter tranquillitatis exquisitae eiusdemque quodammodo laesae statum medio modo sese habent ^{q)} quibus adeo-

m) ταῖς θερμαῖς φύσεσιν ἀπάσῃς ἐκ οἴκῃς οἶνος, ἀλλ', ἄμεινον ἐπ' αὐτῶν ἐστὶν ὕδωρ ποτὸν - ἄτοπον ἐφ' ὕδατος μόνου διακτᾶσθαι. GAL. ὑγιαν. λόγ. ε.

n) γυμνάσια λύει δύναται τὰ περιττώματα καὶ διὰ πόρων ἐκκεῖν. GALENVS ὑγ. λόγ. α.

o) παρασκευάζει (ἢ κίνησις) τὰ ὀργανικὰ μέρη εὐτονα πρὸς τὰς ἐνεργείας, τὴν δὲ τῆς τροφῆς ἀλλοίωσιν ἐτοιμότεραν καὶ τὴν θρέψιν βελτίον ἐργάζεται, ἐκκαθαίρει δὲ καὶ τὰς πόρους κενῶν τὰ περιττώματα διὰ τὴν τῷ πνεύματι τοῦ ἰσχυροῦ κίνησιν. PAVL. L. I. 15. περὶ γυμνασίων.

p) Ἀνάγκη τρία ταῦτα γενέσθαι πρὸς κίνησιν, κατὰ τὸ γυμναζόμενον σῶμα, τὴν δὲ σκληρότητα τῶν ὀργάνων ἀλλήλοις παρατριβομένων, τὴν δὲ ἐμφύτη θερμότητος αὐξήσιν, τὴν δὲ τῷ πνεύματι κίνησιν.

τὴν πρὸς ἐνεργείας εὐτονίαν, τὴν τῶν ἀναδιδομένων ἀλλοίωσιν ἐτοιμότεραν, καὶ τὴν θρέψιν βελτίονα καὶ τῶν περιττωμάτων κένωσιν. GAL. ὑγ. λόγ. β.

q) Ὁ γὰρ ἐμὸς δὴ λόγος ἐδ' ἡδονὰς φησὶ εἶναι διώκων τὸν ὀρθὸν βίον ὥτ' αὐτὸ παρόπαν φεύγειν τὰς λύπας, ἀλλ' αὐτὸ ἀσπάσασθαι τὸ μέσον. PLAT. de Leg. VII.

Calidioribus naturis omnibus non familiare vinum, sed melior est illis aquae potus, inconditum tamen aqua sola victitare.

Exercitia solvere possunt abundantes succos et per poros euacuare.

Efficat (motus) organicas partes ad actiones robustas, alimenti mutationem aptiorem, nutritionem rectius perficit, expurgat poros, vacuans superfluitates per spiritus validam commotionem.

Oportet tria ista fieri per commotionem, in exercitato corpore, firmitatem organorum ad inuicem attritum, insiti caloris augmentum, spiritus commotionem.

Ad actiones robur, assumptorum mutationem praestantiorum, nutritionem meliorem et excrementorum euacuationem.

Sermo meus non voluptates dicit esse quaerendas per optimam vitam neque omnino carendum esse afflictionibus, sed illud optandum esse, quod medium.

B 2

Quid

adeoque, ne vacillent cadantque penitus, prophylaxis confu-
lit. Grauidae, suo equidem modo sanae, in declivi tamen sem-
per positaе sunt et fastidiis aliisque incommotis, quae illas hi-
lares omni ratione esse haud sinunt, exercentur. Quarum adeo-
que simulque foetuum curam gerere iussit PLATO¹⁾ et diae-
tam illis ordinavit, animi tranquillitatem corporisque motum,²⁾
quibus decens victus et ex pharmacis quaedam, quae sangui-
nem imminuere aliumque liberam servare possint, ad latus po-
nenda erunt. Longe imbecillior, adeoque curae prophylacti-
cae indigentior est ipse foetus, cuius debilem vitam sustinere,
mollitiem partium, ne crescendo deflectant, stabilire iussit
PLATO;³⁾ qua ratione illud fieri statim a natiuitate oporteat,
MOSCHION⁴⁾ docet. Maxime eo dirigenda cura est, ut optimi
lactis nutrix tenello procuretur eademque provide regatur, ut
habeat

τί ἐστὶ κίτσα: Ὁρεξίς τῆς ἀσυνήθειας τῆς
τροφῆς, ἢ καὶ τινὲς ταῖς ἐγκυήσασιν γυ-
ναῖσι συμβαίνει σὺν πλεονεξίᾳ τῶν χυμῶν
καὶ ναυτίᾳ. MOSCHIONIS περὶ γυ-
ναικείων Libro.

1) Θεραπείαν τοῖς ἐντὸς τῶν αὐτῶν μητέ-
ρων τρεφομένοις καὶ τοῖς κυέμενοις ποιεῖν
PLAT. de Legibus Libr. VII.

τὴν μὲν κύβαν περιπατῆν. ibid.

2) Δὲ καὶ τὰς φερύσας ἐν γαστρὶ πασῶν
τῶν γυναικῶν μάλιστα θεραπεύειν ἐκείνων τὸν
ἐνῆαυτὸν, ὅπως μήτε ἡδοναῖς τις πολλὰς
ἅμα καὶ μάρργοις προσχρήσεται ἢ κύβαν μήτε
αὐ λυπῆς, τὸ δὲ ἴλεων καὶ εὐμενὲς πρᾶόν τε
τιμῶσα διαζήσει τὸν τότε χρόνον. PLAT.
de Leg. VII.

3) τὸ γεννόμενον πλάττειν καὶ μέχρι δυοῖν
ἐτοῖν σπαργανᾶν. PLATO de Leg VII.

4) Ἡ δὲ τραμνὴ τῆς κοίτης αὐτῷ ὥτως
ἔστω ἐτραμμένη, μαλακὴ ἀλλὰ μὴ σφόδρα, ἵνα
μὴ πολὺ κέμενον τὴν ῥάχιν τὸ νήπιον ἢ τὸν
τράχηλον διατρέψῃ, ὥτως μετρίως καθιδρυμέ-
νης καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ νήπιον κἄνθῃ δὲ:
MOSCHIONIS περὶ γυναικείων. Quaest. 9.

Quid est Pica? Appetitus non con-
fueti alimenti qui tempore aliquo
gravidis feminis accidit cum abun-
dantia humorum et nausea.

Curam foetuum intra matres nu-
tritornm ipsarumque grauidarum ha-
bere.

Grauida ambulet.

Oportet vtero ferentes plus reli-
quis feminis curare per hunc annum, ne
voluptatibus quibusdam et nimis et
vehementibus fruatur praegnans neque
afflictionibus, sed placidum et mode-
stum et mansuetum affectans viuat per
hoc tempus.

Natum foetum componere et per
duos annos ligare fasciis.

Stratum lectuli (neogenito) ita prae-
paretur, ut molle sit, nec tamen nimis,
ne inclinetur valde spina infantu-
lus et collum distorqueat, ita etiam
mediocriter obfirmato capite infantu-
lus iacere decet.

habeat ex quo robur et incrementum capere possit alumnus, ^{x)}
 Qualem hanc esse deceat, ^{y)} ipsiusque boni lactis signa eleganter
 PAVLVS Aegineta exposuit. ^{z)} Praestat tamen lacte matris
 nutriri

x) (Ἡ τροφή) κοινῶς, καθὼς πάντες οἱ ἄν-
 θρωποι ὑγιεινὴ εἶναι δύναται: γυμνάζεσθαι τοῖνυν
 τὸ σῶμα ἀνακτᾶν καὶ τροφὴν ἱκανῶς λαμβάνειν
 αὐτὴν δὲ, καὶ ἀπὸ τὴν μέσθην καὶ τὴν ἀπε-
 ψίαν ἀποτρέπειν, τὰ ἀνωτέρα μέρη καὶ τὰς
 χεῖρας ὅτι μάλιστα γυμνάζειν, ὅπως πλεον τὸ
 γάλα καὶ πεπεμμένον τοῖς μαστοῖς ἐπιρρέυσῃ
 εἰς τὸν ἴδιον ἄνδρα καὶ ὅλα μὴ προσπελάσῃ
 μήπως τῇ ἀφροδισίων χρήσει τὴν κάταρσιν
 ἀναμνησθῇ, ἥς ἐπερχομένης τὸ γάλα ἐξαφα-
 νίζεται καὶ ἀποσβέννυται. ταῖς δὲ πρώταις
 ἡμέραις, αἷς θηλάζειν ἀρχέται, ἀπλὰς τροφὰς
 λαμβανέτω καὶ ὕδωρ πινέτω, μὴ σερεῶν τὸ
 γάλα τῷ ἀρτιγενῇ νηπίω σὺν δυσχερίᾳ διὰ
 τῆς σενῆ λάρυγγος κατέλθῃ, καὶ καθάπερ τὸ
 βρέφος παρέρχομένων τῶν ἡμερῶν καὶ μηνῶν
 σερεῖται, ὅπως καὶ σερεῶς τροφὰς λαμβάνειν
 αὐτὴν. MOSCHION περὶ γυναικείων.

y) Αἰρεῖσθαι ἔν χρὴ τιτθὴν μὴδ' ὅτιεν νό-
 σσημα ἔχουσιν, καὶ μὴ ἄγαν πρεσβυτέραν μήτε
 δὲ νεωτέραν. Στήθος μέγα ἔχέτω καὶ τιτθὴς
 μεγάλης, καὶ θήλας μήτε μειμυκῆας μήτε ἀπε-
 σπριμένους. ἔσω δὲ τὸ ἄλλο σῶμα μήτε πιδόν
 ἰσχυρῶς μήτε ὑπέρλεπτον. Χρὴ τὴν τιτθὴν μὴ
 πάσαις τετοκυῖαι εἶναι, φυλάσσεσθαι δὲ τὰ ἐξη-
 ραίνοντα καὶ τὰ ἀλυκά καὶ ὀσμώδη καὶ στυ-
 φνά καὶ ὀξεῖα καὶ πικρά, ἀπεχέσθαι καὶ λα-
 γνέων, καὶ πονέτω διὰ τῶν χειρῶν καὶ ὤμων
 ἐπὶ ἀγκάλῃς ἔχουσα τὸ παιδίον περιανέτω.
 PAVLVS Aegineta Libr. I. β.

z) Γάλα δὲ βέλτιστον ἐστὶ τὸ σύμμετρον πά-
 χος, πλήθους, χροῶς, ὁσμῆς γεύσεως, χρήσιμον δὲ
 εἶναι καὶ τὸ ἐπὶ τῇ ὀνυχος ἐπισαζόμενον τῇ
 μεγάλῃ δακτύλῳ, ὅταν δὲ ἐν τῷ κάμπτην τὸν
 ὄνυχα μήτε ταχέως μήτε βραδέως ἀπορρέῃ
 χρήσιμον, δοκιμάζειν δὲ καὶ ὅπως, ἐγχέοντά τῃ
 γάλακτος εἰς ἀγγεῖον ὑάλινον, ἐμβάλλειν τῇ
 ταμίσει σύμμετρον, καὶ διαβλέψαι τοῖς δακτύ-

(Nutrix) communiter vti omnes ho-
 mines sana esse poterit: Vt adeoque
 corpus exerceat, adigenda est, et vi-
 ctum decenter capere debet et semper
 ebrietatem et indigestionem vitare:
 Superiores artus et manus maxime ex-
 exercere debet vt maiore copia lac co-
 ctumque mammis influat. Marito non
 accedat, ne veneris vsu menses pro-
 uocet, quibus superuenientibus lac
 euanescit et extinguitur. Primis die-
 bus, quibus lactare incipit, simplices
 cibos capiat, et aquam bibat, ne spissum
 lac recens nato cum difficultate ad an-
 gustum laryngem descendat, et veluti
 infans transeuntibus diebus et mensi-
 bus obfirmatur, ita et solidiores cibos
 fumere incipiat.

Seligere adeoque oportet nutricem
 nullum, qualis sit, morbum habentem
 non valde annosam nec iuuenulam.
 Thoracem elatum habeat, mammas
 magnas, et papillas nec elatas nec di-
 stortas. Reliquum corpus sit nec vehe-
 menter pingue nec ultra modum tenue.
 Oportet nutricem non longo ante tem-
 pore peperisse, vitare debet desiccantia
 et salsa et acria et austera et acida et
 amara: Abstineat a venere et laboret
 manibus atque humeris, vlnis gestans
 infantulum circumferat.

Lac optimum est mediocre, spissitu-
 dine, copia, colore, odore, sapore, vtile
 est illud quod super vnguem pollicis
 consistit, vt dum flectitur vnguis, nec
 celerius nec tarde defluat, vtile autem
 comprobandum ita, infundendo de la-
 cte quid in vas vitreum, adde coaguli
 lactis parum et digitis misce. Hinc re-
 linquen-

nutriri infantes tanquam familiari ipsis alimento quo scilicet per sanguinem adducto in vtero etiam materno vixerant. ^{a)} Maxima abinde cura habenda est, ne debilia infantum officula neglectu nutricum vitium capiant ^{b)} neque, vbi sensus eorum robur acquirunt, terroribus et, quam fletu significant, tristitia, grauius quam sanitas fert, afficiantur, siquidem ad animorum etiam culturam haud parum confert blanda cum infantibus viuendi ratio. ^{c)} Veluti ergo sensim, per annorum successiones

robur

λοις. ἔτα ἐόσαντες ἕως ἢ παγῇ θεωρεῖν ἢ ἔλαττον τὸ τυρώδες τῆ ὀρρώδους, τὸ γὰρ τοῖστων γάλα ὀχρηστον, τὸ δὲ ἐναντίον δύσπεπτον, ἄριστον δὲ τὸ σύμμετρα ἔχον ἀμφοτέρω. PAVLVS Aeginet. L. I. γ.

a) Ἄριστον ἅπασιν βρέφεσι τὸ τῆς μητρὸς ἐστὶ γάλα, πλὴν ἢ μὴ τύχῃ νενοσηκός, ἐξ αἱματος ἔτι κυμμένοις ἡμῖν ἢ τροφῇ. GAL. ὕγιαν. λόγ. α.

Ἐξ αἱματος δὲ καὶ ἢ τῆ γάλακτος γενέσεως ὀλιγίστην μεταβολὴν ἐν τοῖς μαστοῖς προσλαβόντος, ὡς ὅσα παῖδιά τῇ τῆς μητρὸς γάλακτι τρέφεσθαι συνηθεῖσθαι δὲ αἷμα καὶ ὀκιστάτη τροφῇ χρῆται.

b) Τὰς τροφὰς ἀναγκάζομεν, νόμῳ ζημιῶντες, τὰ παῖδιά ἃ πη φέρειν μέχρι περ ἂν ἱκανῶς ἴσασθαι δυνατόν γένηται, καὶ τότε διευλαβιμένας ἔτι νέων ὄντων, μήπως βίᾳ ἐπερμηδόμενων τρέφῃται τὰ κώλα. PLATO de Legibus L. VII.

Τὰ τρία ἔτη παρῶτο πᾶσαν μηχανὴν προσφέρων ὅπως τὸ τρεφόμενον ὡς ὀλιγίστην προσχρήσεται, ἀλγηθόνι καὶ φόβοις καὶ λύπῃ πάσῃ κατὰ δύναμιν: ἃρ' ἐκ οἰόμεθα εὐθυμον μᾶλλον τε καὶ ἱλεων ἀπεργάζεσθαι τῇ καὶ αὐτὰ τὴν ψυχὴν τῆ τρεφομένῃ. PLATO de Legibus L. VII.

c) Τὸ σῶμα πρὸς ὕγιαν αἷμα καὶ εὐεξίαν ἀσκῶν τὴν τε ψυχὴν ἃς εὐπείθειαν καὶ σωφροσύνην. GALEN. ὕγιαν. λόγ. α.

linquentes, donec coaguletur videndum, an minus caseosi est quam serosi, tale enim lac inutile, et contra, indigestum. optimum vtrunque partem aequalem habens.

Optimum omnibus infantibus est matris lac, nisi sit morbosum; ex sanguine nobis adhuc in vtero versantibus nutritio erat.

Ex sanguine etiam lactis generatio parum mutationis in mammis passi, vt, quicumque infantes matris lacte enutriuntur, vtantur consueto simulque domestico alimento.

Nutrices adigimus, lege postulant, vt infantes continenter gestent donec, vt sustineant se ipsos, habiles efficiantur. illud etiam curent, ne violentia suo pondere pressis flectantur artus.

Tribus annis tentet, omni studio an nitens, vt alumnus minima afficiatur tristitia et timoribus et dolore quocunque, ad possibilitatem: nonne putandum, mansuetam magis et molliter elaborari posse hoc modo animam alumni?

Corpus ad sanitatem simul et robur exercere, animam autem ad obsequium et mansuetudinem.

robur humanum crescit, ita debiles esse non dum desinunt minores, et culturam tam corporis quam animi annis suis parem et professioni quam quilibet amplexurus est conformem, postulant. ^{d)} Illa scilicet aetate, optimo vitae regimine, obfirmandum corpus bonisque succis replendum est, ut vel morbis penitus carere vel eosdem minimos breves ac salutare habere, sicque ad senectutem perdurare possit. ^{e)} Haec ex necessitate consequitur, ^{f)} nec tam morbus est, quam inseparabilis vitae debilitas ex fibrae rigiditate sensim inducta nascens, ^{g)} cuius si ad summum profecta est, imaginem ex Hippocrate GALENVS sistit. ^{h)}

Omnium

d) Ἀχρι τῆς τεσσαρεσκαίδεκαετίδος ἡλικίας φυλαττέτω γυμναζόμενος μήτε πάνυ πολλὰ μήτε βίαια, μήπως αὐτῷ τὴν αὐξησιν ἐπιχωῖμεν, μετὰ δὲ τὴν δευτέραν ἐβδομάδα μέχρι τῆς τρίτης, ἢ μὲν ἕς τὴν ἄκραν εὐεξίαν ἄγων αὐτὸν ἐθέλης, γυμνάζων τὸ σῶμα. GALEN. ὕγ. λόγ. α.

e) τίς τῶν κατ' ἡμᾶς φιλοσόφων ἔγραψε βιβλίον ἐπιδηκνὺς ὅπως ἔνεστιν ἀγχιρόν τινα μῆναι τὸ πάμπαν. Δευτέραν ἔκδοσιν ἐποίησάτο: περὶ τῆς θαυμαστῆς ἀγχιρασίας, ἐπιδηκνὺς ὡς ὁ πᾶς ἄνθρωπος ἀγχιρος δύναται διαμένειν, ἀλλὰ ὅσοι μὲν ἕς τῆτο κατὰ φύσιν ἐπιτηδεύων. μάλιστα δὲ ὅν; ἢ πρώτῃ προφῇ τοιαῦτα βάλλοιο θεμέλια, καὶ ἐπιγγέλατο, τῶν ἐπιτηδεύων ἕς τῆτο βρεφῶν εὐθὺς αὐτῷ ἐπισατῶν, αὐτῶν ἀθάνατα ποιήσιν τὰ σώματα. GALENVS περὶ μαρασμοῦ.

f) Γῆρας πάθος ἐξ ἀνάγκης ἐπόμενον.

g) Μαρasmus ἐστὶ φθορὰ ζῶντος σώματος ἐπὶ ξηρότητι. GAL. περὶ μαρασμοῦ.

Ἀρχέτω χρητὴν τὴν τῷ ζῶντι γένεσιν ἐκ μαλακῆς ὑσίας, τελευτήμενην δὲ γίνετω σκληρὴν. GALENVS ibid.

h) πρὸς ὁξεία, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι συμπεπτοκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα

Ad usque decimum quartum annum aetatis cauendum ne (puer) nec omnino frequenter nec violenter exerceatur, ne eius incrementum, cohibeamus, post alterum autem annorum septenarium ad tertium usque, si ad summam sanitatem eum educere velis, exercendus.

Aliquis nostratum philosophus librum scripsit, demonstrans, qua ratione liceat alicui non senescenti manere omnino. Aliam editionem fecit de admirabili non senescendi arte, demonstrans, non omnem hominem posse haud senescentem manere, sed opus esse ad id aliqua naturae conuenientia. Maximum illud esse, si primis alimentis eiusmodi fundamenta iacta fuerint, et denunciauit, si apti ad hoc infantes sibi traderentur, se eorum immortalia facturum corpora.

Senectus passio ex nececessitate sequens.

Marasmus est corruptio viuentis corporis ex siccitate.

Oportet oriri animalis genesin ex molli substantia eamque sub finem fieri duram.

Nasus acutus, oculi caui, tempora collapsa, aures frigidae et contractae

Omniū debilitatū confluxū propterea senectutem PLATO esse dicit, ⁱ⁾ qui primus senes bis pueros esse scripsit. Quamvis enim sanitas senibus derogari haud possit, est tamen infirma. Quo plus obrigescent minima, quae organa senum faciunt, eo plus flaccescunt actiones, carnes desiccantur, motusque fit inertia, ^{k)} siquidem et vasa sanguiflua denique senibus indurantur uti iam a GALENO observatum est. ^{l)} Est adeoque quaedam prophylaxeos pars, Gerocomica, cuius finis in eo ponitur, ut prohibeantur fibrae cordis eo usque exsiccari ut illis a motu vitali quiescendum sit. ^{m)} Soli diaetae illud artificium relinquendum est videndumque an talia adduci sanguini possunt quae formam minimorum elementorum mutare et aequalem illis vim conciliare ad humores mouendos valeant. ⁿ⁾

Phar-

καὶ οἱ λόβοι τῶν ὠτῶν ἀπετραμμένοι καὶ τὸ δέρμα περὶ τὸ μέτωπον ξηρὸν τε καὶ περιεταμμένον καὶ καρφάλεον ἐόν. EX HIPPOCR. Progn. GAL. περὶ μαλασμοῦ.

i) 'Εἰς τὸ γῆρας πᾶν συρρεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπικύρον καὶ δυσάλλες: Δις πᾶδες οἱ γέροντες γίνονται. PLATO in Axiocho.

k) 'Υγίεια γέροντος, ἐκ ἀπλῶς ὑγίεια, ἐκείνη γὰρ ἀμεμπτός ἐστι διὰ τὴν τῶν ἐνέργειᾶν ἀρετὴν, μεμπτή δὲ ἡ τῶν γερόντων. GAL. ὑγιειν. λόγ. 5.

l) Περαιτέρω τῆ προσήκοντος ἤδη ξηροτέρων ἀπάντων τῶν ὀργάνων γιγνομένων, αἱ τε ἐνεργεῖαι χῆρον ἐπιτελοῦνται, καὶ ἀσαρκώτερόν τε καὶ ἰσχνότερον ἑαυτῇ γίνεται τὸ ζῶον, ἐπὶ πλέον δὲ ἀναξηρόμενον ἐκ ἀσαρκώτερόν τε μόνον ἀλλὰ καὶ ῥυσσὸν ἀποτελεῖται, καὶ τὸ κῶλον ἀκρατὲς καὶ σφαλερὸν ἐν ταῖς κινήσεσι. GALEN. περὶ Μαλασμοῦ.

m) 'Αναγκαῖον ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ ξηρότερον γίνεσθαι σφῶν αὐτῶν ἢ τὰ σπλάγχνα μόνον ἀλλὰ καὶ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας. ibid.

n) Κωλύσαι ξηρανθῆναι σφοδρότερον τὰ ὁμοιομερῆ. ibid.

etae et lobi aurium distorti et cutis circa frontem sicca et densa et aspera.

In Senectutem omne confluit quod in natura est infirmum et incurabile. Bis pueri senes fiunt.

Sanitas senis, non simpliciter sanitas, illa enim inculcata est ob actionum robur, culpanda autem ea, quae senum.

Plus, quam par est, siccis omnibus organis factis, actiones in peius eunt, et macilentius tenuiusque se ipso fit animal, plus autem exsiccatum, non macilentius tantum, sed et rugosum fit, et articulus infirmus in motibus.

Necessarium succedente tempore ficciora fieri se ipsis non viscera tantum sed et arterias et venas.

Impedire ne desiccantur nimium similes partes.

Sene-

Pharmaca sane ad senectutem nihil faciunt. °) Hanc non tam annis quam viribus metimur, quapropter erunt, qui citius tardiusque consenescent, vti vel naturae vis nascentibus indita, vel diaeta, vel morbus, vel turbulenta vita, vnum alterumue fieri permittit. P) Illos autem sero mori scribit GALENVS, qui praestantissimo robore nati, sibi solis viuere et a publicis negotiis abesse possint °) quam senectutem, otio acquirendam, nemo sapientum optabile quid esse putauerit. Ex HOMERO curam corporis senilis adducit GALENVS et omnium causarum bonum ordinem, maxime quietem et balnea, laudat °) quae ad emolliendam

Τὴν δὲ τῆς γήρας μαλασμόν ἀδύνατον δ' ἄπ' αὐτοῦ καταλύσαι, βοηθῆσαι δὲ, ὡς ἐπὶ πλεονέκτα ἴσται, δυνατόν, καὶ τόγε γηροκομικὸν ὀνομαζόμενον μέρος τῆς ἰατρικῆς τῶτ' ἐστὶ, σκοπὸν ἔχει, ἐνδίδασθαι καὶ διακωλύειν ὡς οἰόν τε, μὴ ξηρανθῆναι τὸ σῶμα τῆς καρδίας ἐς τοσούτον, ὥς ἐνεργῆν ποτε παύσασθαι. GAL. de Marasmo.

ο) Ἐτέρων ἐνδιδόναι τοιχέωσιν ἀναλόγως ἴσται κατὰ δύναμιν, ἕτως ἂν μόνως ἀγερὸν τε καὶ ἀφθαρτον φύσεως δημιόργημα ἔμνηνε. GAL. de Marasmo.

ρ) Ἦκενα τιβέριον ποτε Καίσαρα ἔπ' ἔν, ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονώς ἔτη, καὶ προτένων ἰατρῶ χεῖρας, καταγέλαστος ἐστίν. PLVT. ὕγιεν. παραγγ.

q) Ἡ κράσις ἐστὶ δι' ἣν καὶ γηρῶμεν ἄλλος ἐν ἄλλῳ χρόνῳ πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον, ὡς ἂν καὶ φύσεως ἔχωμεν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐπιτηδεύματος ἢ δίκταν ἢ νόσους ἢ φροντίδας ἢ τι τοιοῦτον, ξηρανθέντες ἀμετρότερον, τύχωμεν GAL. ὕγ. λόγ. ε.

τ) Ὅπως ἂν τις ἀρίστης τυχὼν παρασκευῆς τῆς σώματος, ἀποχωρήσας ἀπάντων τῶν κατὰ βίον ἐς τὸ κοινὸν συντελούντων, ἑαυτῷ μόνῳ ζήσῃ, μήτε νοσήσας μήτε ἀποθανὼν ἐμπροσθεν τῆς μεκίστης χρόνῳ τῆς ζωῆς. GAL. ὕγ. λόγ. α.

Senectutis marcorem impossibile est soluere, iuuari autem, vt in longum differatur, potest, et haec quidem fomenta senibus parans medicinae pars illa est, quae scopum habet sistere et cohibere quantum possibile, ne desiccetur corpus cordis in tantum vt laborare desinat.

Aliam indere elementarem constitutionem conuenienter aequalem ad vires, sic forte tantum senectutis expers et incorruptibile naturae aedificium maneret.

Audiui, ait Plutarchus, Tiberium quondam Caesarem dixisse, quod vir sexaginta annos natus, praebens medico manum, ridiculus sit.

Temperamentum est, per quod et senescimus, alius alio tempore et citius et ferius, vti naturae quid habemus ab initio, vel dispositionis, vel diaetam vel morbos vel curas vel aliquid simile, immoderatus exsiccati, nacti fuerimus.

Vti aliquis optimam nactus constitutionem corporis, secedens ab omnibus (negotiis) quae per vitam in communem vsum suscipiuntur, sibi soli vixerit, nec aegrotabit nec morietur ante summum tempus vitae.

C

Impe-

liendam rigidam fibram plurimum conferunt.⁵⁾ Molles cibi sunt, ⁶⁾ lac forte proficuum fuerit, cuius usu aliquis penes GALENUM ad summam senectutem euectus est, dum alter, imitaturus, noxam abinde passus fuit.⁷⁾ Abstinencia senibus prodest,⁸⁾ vina hos iuuant veterana.⁹⁾ Nocet vernus.¹⁰⁾ Licet autem quies senectutis fomentum sit, oportet tamen et illos con-

3) κωλύσαι μὲν τὸ γήρας ἀδύνατον, ἐπιχειρῶν δὲ τὸ τάχος αὐτῷ δυνατόν ἐοικε. τοίνυν ὁμηρος, ἐπὶ ἑρτί κη' ἄλλο, τῷτα μαντικῶς περὶ τῶν γερόντων:

- - ἐπὶν λήσαιο, φάγοιτο
εὐδόμενοι μαλακῶς, οἷα δίκη ἐστὶ γερόντων.

Καὶ γὰρ τὸ λήτρον, τῶν ὑγραίνοντων ἐστὶ, καὶ μαλακὴ κοίτη καὶ ὁ ὕπνος, ἡ δὲ τροφή πρώτη καὶ μέγιστη, μόνη γὰρ αὕτη μέρος γίνεται τῶν τρεφομένων κατὰ τὸ σῶμα GAL. περὶ Μαρασμῶ.

4) Βαλανῆον φαίνεται ἐναργῶς ὑγραίνων τὸς κατεξηραμένους, ὡς ἐνεστὶν ἐπὶ τε τῶν ἀδοσπορησάντων ἐν ἡλίῳ θέρων ἢ καὶ ἄλλως ὀπασθὲν γυμνασασμένων ἢ ἐνκαυθέντων θάλασσας. Τάχως γὰρ ἅπαντας ἐπὶ τε πρὸς αὐτοῖς ὄσσει διψώδης ἐστὶν, ὑγρὴς καὶ ἀδίψης καθίστησι καὶ ἐργάζεται. GALENVS ὑγιαν. λόγ. β.

5) Μηδὲν τῷ γέροντι προσφέρεται παχύχυμον, ἐμφράττεται γὰρ ἐξ αὐτῶν ἡπαρ τε καὶ σπλὴν καὶ νεφροὶ καὶ ἀντὶθεν οἱ δὲ ὑδερῶσιν οἱ δὲ λιθῶσι. GAL. ὑγ. λόγ. ε.

6) Γέροντά τινα γεωργικὸν ἐγνώμεν, ἐτὶ πλεῶν ῥ βιώσαντα κατ' ἄγρον, ὃ τὸ πλεον τῆς τροφῆς αἰγῶν ἦν γάλα, πότε μὲν ἄρτια θρημμάτων ἐν αὐτῷ διαβρεχομένων, ἄλλα τῶν γε τὶς μισάμενος διὰ παντός ἐβλάβη, ἐβαρύνετο γὰρ αὐτῷ τὸ σῶμα τῆς γαστρὸς καὶ μετὰ ταῦτα τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον ἐτάνετο. GALEN. ὑγιαν. λόγ. ε.

7) Γέροντες εὐφορότατον νηστὴν φέρουσιν. Hipp. Aph. Sect. I. 13.

8) Ὅσον μετρίως παλαιωθέντα πίνην καὶ τὸς πρεσβύτας. GAL. ὑγ. λόγ. ε.

Impedire quidem senectutem impossibile, continere autem celeritatem eius possibile videtur, propterea Homerus, si quid unquam, hoc Poetæ de senibus.

- - inde lauetur edatque
Molliter atque cubet, senibus
lex conuenit ista.

Nam balneum ex humectantibus est, et cubatio et somnus, victus autem primum et maxime, solus enim ille pars fit nutriti corporis.

Balneum videtur efficaciter humectare desiccatos, uti licet penes viatores, inque sole aestiuo aut alio modo, exercitatos aut adustos videre. Hos enim omnes et praeterea, quotquot siticulosi sunt, humidus et siti vacuos sistit atque efficit:

Nihil seni offerendum spissi succi, infarciuntur enim ex his hepar et splen et renes, quare exinde quidam hydrofici fiunt, illi calculos gignunt.

Senem quendam agricolam nouimus qui plus annos centum vixerat ruri, cui plurimum alimentum erat lac, aliquando panis micis illi intritis, sed illum aliquis imitatus, penitus laesus est, grauaturn enim illi fuit os ventriculi et abinde dextrum hypochondrium illi tumefactum fuit.

Senes facile ieiunium ferunt.

Vina mediocriter vetusta bibere decet senes.

conuenienter moueri, aut fricari. ^{a)}) Certe enim a frictionibus calente, autor est GALENVS tonum vitalem suscitari, et nutritionem, calore vitali aucto, iuuari, vt multos tabidorum hoc auxilio carnibus repleuerit. ^{b)}) Vtramque istam quae morbos auertit sanatque Medicinam feliciter emensus est.

IVVENIS NOBILISSIMVS ET PRAECLARISSIMVS
I A C O B V S R O E L C K E

HAMBURGENSIS

MEDICINAE BACCALAVREVS DIGNISSIMVS

eo plus magisque collaudandus, quo maiorem in ediscendis, quae artem medicam faciunt ornantque, disciplinis, industriam posuit. Celeberrimum Europae Emporium Hamburgum, vti summis semper et acribus ingeniis fertile, hunc quoque nobis discipulum erudiendum transmisit: Natales suos huic vrbi debet noster, intra cuius muros lucem adspexit Anno MDCCXXI Mensis Nouembris die XXVIII. Patrem post fata etiam colit GEORGIVM ROELCKE Ciuem et Mercatorem penes Hamburgenses celebrem, a quo et Matre lectissima ELISABETHA SCHWARTZKOPHI Mercatoris ibidem clari filia, ad recte laudabiliterque viuendum et institutionem et opportunitates alias natus est. Vterque parentum mature vita excesserunt, et Pater quidem octuagenarius, qua aetate medicum mori deceret. Gratias refert CLAVS DEE et HIERONYMO SCHRAMM, Mercatoribus, honestissimis deque Republica optime meritis viris, pa-

C 2

tris

a) τὰ δ' ἀφροδίσια μόνως τῆς τῶν ἀνδρῶν ζώντων ἡλικίας ἐστίν, ταῖς δὲ πρόθεν καὶ ὕπιδεν ἡλικίαις ὅθεν ὁλως σπερμαίνην GAL. ὕγ. λόγ. β.

b) Δέονταί οἱ γέροντες ὅθεν ἦττον τῶν νέων ἄς κίνησιν αἶμα τὸ σῶμα - γέροντων ὅθεν καὶ πρὸς παντελὲς ἡσυχίας, ἢ τριψὶς ἐπεγέρουσα τὸν ζωτικὸν τόνον αὐτῶν καὶ θερμαίνουσα τὰ μέτρα, τὴν δ' ἀνάδοσιν εὐπετεστέραν ἐργάζεται καὶ τὴν τρέψιν ἐτοιμοτέραν, ὥστε διατρώμενοι πολλοὶ τῶν ἀτροφόντων ἐσαρκώθησκυ. GAL. ὕγινυ λόγ. ε.

Venerea saltim vegetae aetatis hominum sunt, quae ante et post, aetates, generare haud debent.

Debent senes non minus quam iuuenes ad motum ducere corpora, senum nemo proficit perfecte quietus. Frictio excitat vitalem tonum eorum, et calefacit mediocriter, hinc applicationem alimentosi faciliorem efficit et nutritionem promptiorem, ita gubernati multi tabidorum carne repleti fuerunt.

tris vices gerentibus, quorum consilio, linguas, mathesin, et elegantiora studia alia, pictoriam quoque et Musicen mature didicit: Vfus deinde est priuata institutione EVERSI Iurium Doctoris, Gymnasii Hamburgensium incluti Professoris: Abhinc Lycae patriae sese adscripsit et Eruditissimorum Virorum IOACHIMI MVLLERI Rectoris, RICHEY, WOLFFII atque DORNMANNI Professorum, instructione vsus, ad vitam academicam, acceptis rhetorices, philosophiae, logices, historiae tam publicae quam literariae, politicae, physices rationalis ac experimentalis fundamentis, sese praeparauit. Accessit adeoque ad hanc musarum sedem Anno MDCCXLIII. et praestantissimos quosuis Philosophiae ac, cui sese deuouerat, Medicinae Doctores audiuit mentemque optimis quibusuis scientiis instruxit: Veluti diuini numinis clementiam, qua tuente, per omne studiorum suorum curriculum saluus sospesque mansit, pius celebrat, ita mihi hoc dedit, vt Praeceptoribus, quorum laboribus profecit, publicas decernerem gratias. Habent illi, cur de industrio hoc et erudito discipulo gaudeant omnes. Deprehendit enim Facultas Medica, cum vtrique examini, summos in arte honores merendi causa, sese sisteret, cumque Lectiones publicas hunc in finem celebrandas de *Vrina vt Signo*, haberet, elimatum in eo iudicium, exquisitam disciplinarum salubrium cognitionem, sermonem expeditum et eloquendi facultatem haud fane mediocrem. Hac sui fiducia fretus, sine Praeside, data ad id, vti moris est, per Mandatum Regium copia, suam de *Therapia morborum per vlcera* Dissertationem erudite conscriptam defendet et LICENTIAM, summos in medicina honores consequendi, a me, ad hunc actum Procancellario Regia autoritate constituto, impetrabit. Fauete Nostro, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, ILLVSTRISSIMI COMITES, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES, COMMILITONES GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE, et praesentia vestra, eius Panegyrim die XIII. huius Mensis celebrandam illustriorem reddite. Dabam Lipsiae d. VIII. Mensis Septembris, Anni MDCCXLVIII.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

~~vgl. 225, 4 H~~

Path. gen. 817⁵

